



UNA VOCE VENETIA

## Ascensione del Signore

### **Sequéntia sancti Evangélii secúndum Marcum**      *Marc. 16, 14-20*

IN ILLO témpore : Recumbéntibus úndecim discíplis, appáruit illis Jesus : et exprobrávit incredulitátem eórum et durítiam cordis : quia iis, qui víderant eum resurrexísse, non credidérunt. Et dixit eis : Eúntes in mundum univérsum, prædicáte Evangélium omni creatúræ. Qui credíderit et baptizátus fúerit, salvus erit : qui vero non credíderit, condemnábitur. Signa autem eos, qui credíderint, hæc sequéntur : In nómine meo dæmónia ejíciant : linguis loquántur novis : serpéntes tollent : et si mortíferum quid biberint, non eis nocébit : super ægros manus impónent, et bene habébunt. Et Dóminus quidem Jesus, postquam locútus est eis, assúptus est in cælum, et sedet a dextris Dei. Illi autem profécti, prædicavérunt ubique, Dómino cooperánte sermónem confirmánte, sequéntibus signis.

### **Dal Vangelo secondo Marco**      *Marc. 16, 14-20*

FINALMENTE apparve agli undici, mentre erano a tavola, e li rimproverò della loro incredulità e durezza di cuore per non aver creduto a quelli che l'avevano visto risuscitato. E disse loro: Andate per tutto il mondo e predicate il Vangelo ad ogni creatura. Chi crederà e sarà battezzato sarà salvo; chi poi non avrà creduto sarà condannato. Or questi sono i segni che accompagneranno coloro che avran creduto: in nome mio scacceranno i demoni, parleranno nuove lingue, maneggeranno i serpenti, e, se avran bevuto veleno, non farà loro del male; imporranno le mani agli infermi ed essi guariranno. E il Signore Gesù, dopo aver loro parlato, fu assunto in cielo e siede alla destra di Dio. Quelli poi andarono a predicare da per tutto, colla cooperazione del Signore, il quale confermava la parola coi prodigi che l'accompagnavano.